Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lebiuur dicit dominus. XXIIII.
Ostendit mihi dominus et ecce
duo calathi plenti ficus pōsi
ante templum domini. post
quam transtulit nabuchodonosor rex
babilonis iechoniam filium ioachim
regem iuda et principes eius et fabros
et inclusorem eius de iherusalem et addu
xit eos in babilonem. Et calathus u
nus ficus bonas ualebat nimis ut so
lent ficus esse prime temporis. Et ca
lathus unus ficus ualebat malas ni
mis que comedi nō poterant eo qd
essent nimis male. Et dixit dominus
ad me. Quid tu uides iheremia. et
dixi. ficus. ficus. bonas bonas ualde et
malas malas ualde que comedi nō
possunt eo quod sint nimis male et
factum est uerbum domini ad me di
cens. Hec dicit dominus deus israel.
Sicut ficus he bone sic cognoscam de
transmigratione iuda quam emisi de
loco isto in terram caldeorum in bonum
et ponam oculos meos super eos ad pla
cidum et reducam eos in terram hanc
et edificabo eos et non destruam et pla
tabo eos et nō euellam et dabo eis cor
ut sciant me quia ego sum dominus
Et erunt mihi in populum et ego ero
eis in deum quia reuertentur ad me
in toto corde suo. Et sicut ficus pes
sime que comedi nō possunt eo qd
sint nimis male. hec dicit dominus.
Sic dabo sedechiam regem iuda et
principes eius et reliquos de iheru
salem qui remanserunt in urbe isti
et qui habitant in terra egypti et dabo eo
in commotionem afflictionem in omnib
regnis terre in opprobrium et in pa
rabolam et in prouerbium et in maledic
tionem in omnibus locis ad que eiec
eos. Et mittam in eos gladium et
famem et pestem donec consumat
eos de terra quam dedi eis et patribus eorum

Verbum XXV
quod factum est ad iheremiam de omni populo iuda anno
quarto ioachim filii iosie regis iuda
postquam iechonias translatus est
in babilonem. ipse est annus primus
nabuchodonosor regis babilonis qd
locutus est iheremias prophete ad o
nem populum iuda et ad uniuersos ha
bitatores iherusalem dicens. A tercio decimo
anno regis iosie filii ammon regis
iuda usque ad diem hanc ipse est ter
tius annus et factum est sermo domini
ad me et locutus sum ad uos
de nocte consurgens et loquens et nō
audistis et misit dominus ad uos o
mnes seruos suos prophetas consur
gens diluculo mittensque et nō audis
tis cum diceret. Reuertimini unus
quisque a uia sua mala et a pessimis
cogitationibus uestris et habitabitis
in terra quam dedit dominus uobis
et patribus uestris a seculo et usque in
seculum et nolite ire post deos alie
nos ut seruiatis eis. adoretisque eos
neque me ad iracundiam prouocetis
in operibus manuum uestrarum et nō af
fligam uos et nō audistis me dicit
dominus ut me ad iracundiam pro
uocaretis in malum uestrum. pter
hoc dicit dominus exercituum. Pro
eo quod nō audistis uerba mea ecce